



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei**

**Murner, Thomas**

**Lucernae, 1528**

**VD16 M 7034**

Conclvsio XXXIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29525**

A C T A

literæ regiae serenitatis ad Senatū Argentinensem cōscriptæ. Testabiturq; hoc idem Reuerendissimus dñs Cardinalis regni Angliæ, pater meus dilectissimus. Idem & doctissimus dñs Thomas Morus, regie celsitudinis uir a secretis. Sed quid hac opus mihi est, peccatum immortalem expurgatione iam orbi cognitū est, hoc scelestissimū hominū genū euangelicorum furum, nihil nosse nisi in sua guttura & palata ementiri. Audeat se quis eorū meo conspectui ostentare, hæc mendacia deserpiturus. Scio inq; scio hos fidei p̄fugas & apostatas nihil horū audere cogitare quidem, tacco conari.

CONCLUSIO XXXIII.

Famosus est Ulrichus Zwingly, qui sua mendaci, reprobataq; famosa doctrina occasionem præstitit, patrociniū dedit, in præfatas conclusiones delinquendi, aliena bona furandi, rapiendi, sacrilegio auferendi, innocētes opprimendi, tumultuandi, in seditiosam libertatem proclamandi, Heluetiorum unitatem, fœdera, concordia, multo sanguine partam, scindendi, rumpēdi, a fide Christi apostatandi, Christi uirgines uiolādi, tēstamēta rūpendi, deuastādi monasteria, diuinū cultum destituēdi, sacra loca, & religiosa, pphanādi libellis famosis detrahēdi, iniuriandi, cum balneatoribus & coquis & cerdonib⁹ de re Christiana calumniose disputandi. Hunc enim & similes uniuersæ leges, & diuinæ & humanæ capitali supplicio damnant, & ultimo supplicio afficiunt.

Omnia hæc facta in conclusione enumerata, gesta sunt & perpetrata, gloriaturq; Zwinglius, quod omnium eorū causa fuerit & occasio, neq; ego ullo iure his male & nequiter gestis alia quam infamiae nomina imponere possum, nec ualeo neq; debeo, pro ut in conclusione. Si autem Zwinglius suis famosis & improbis factis, honesta potest tribuere nomina, & hoc iure quidē ac merito audiamus eum & quidē libenter, quā diu aut illud non fecerit, pro famoso fure, raptores sacrilego, apostata & neq; interim uiro illum habebimus.

Conclusio